

Peter of Trabibus, Commentary on the Sentences (Florence, Bibl. Naz. D. 6. 359)

Transcribed by Tuomas Vaura¹

Abbreviations

add.	addidit
del.	delevit
fol.	folium
marg.	margine
om.	omittit
[...]	additio
<...>	additio editoris
(?)	lectura incerta

Liber 2, distinctio 31, quaestio 2. (fol. 36va)

Utrum peccatum originale insit animae ratione partis intellectivae vel sensitivae?

Secundo quaeritur, utrum peccatum originale insit animae ratione partis intellectivae vel sensitivae? Et videtur

quod ratione partis intellectivae, quia opposita nata sunt fieri circa idem.

Sed oppositum peccati originalis est iustitia originalis, quae primo et per se est in voluntate, ergo ibidem est ponendum suum oppositum.

Contra, Augustinus, *De nuptiis*, dicit,

quod peccatum istud est concupiscentia. Sed concupiscentia est in sensitiva, ergo etc.

Respondeo, dicendum, quod quidam dicunt, quod illud peccatum potest dupliciter considerari, quia aut ratione culpae animam reddentis Deo odiosam, et sic est in sola voluntate. Aut ratione vitii et deordinationis, et sic est in illa potentia quam deordinat, quia illa est quae ad allicitum (sic) impellit.

Sed haec distinctio nulla est, ut superi fuit dictum de aliis peccatis, quia diversitas rationis non requirit, nec secum compatitur diversitatem subiectorum in uno accidente.

¹ The transcriber would like to acknowledge the funding from the European Research Council for the research project *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* under the grant agreement n. 637747. I would like to thank Annemieke Verboon, who has helped me to improve the transcription. The line division of the transcription follows the line division of the manuscript.

The transcription may be cited as follows:

Peter of Trabibus, *Lectura* lib. 2, d. 31, q. 2, Tuomas Vaura (ed.), *Rationality in Perception: Transformations of Mind and Cognition 1250-1550* -project. URL = <<https://blogs.helsinki.fi/rationality-in-perception/texts/>>. 2019.

Nam peccatum et vitium sunt idem re, sed differunt sola ratione.²

Ideo dicunt alii, quod illud peccatum quantum ad suum fieri est in parte sensitiva. Quantum autem ad suum factum esse et conservatum esse inest primo ratione partis intellectivae, eo quod non habet plenam rationem peccati, nisi a ratione, inquantum ipsa ratio non potest refrenare potentias <36vb> et vires inferiores sicut deberet,³ et sicut accepit a sui institutione. Etiam per dicta patet responsio ad utrumque argumentum.

² Add. in marg. *Nam nihil esset vitium nisi deordinaret potentiam omnino, et si deordinat, causa iam culpa est, quia ei nocet.*

³ Add. in marg. *Est igitur formalis ratio originalis peccati in duobus, scilicet resistentia vel concupiscentia partis inferioris converse ad bonum commutabile, et impotentia ex partis rationis ad eam regendam, gratia habere tenetur scilicet potentiam, gratia a Deo primo accepit(?) in primo parente.*